

& constitutionum, cum severitate, etiam ex officio, procedere non omittatis.

In quo sane duo Vobis magnopere cavenda erunt: Primum videlicet, ne subdolis delinquentium artibus diligentiam vestram eludi patiamini. Sepe enim contingit, ut qui legum scita non ignorant, res suas ita fraudulentè componant, ut quatenus eorum crimen in iudicium adducatur, tueri possint, se nihil contra leges ipsas admisisse. Modo enim, interposita alterius, sibi suæque cupiditati inservienti persona, aut alieno nomine tabulis, & rationum libris inscripto, negotiationem, aut conductionem, de qua quæritur, ad se nequaquam pertinere contendere: Modo, scientes intra quos fines districtior legum censura coerceatur, ita se gerere studebunt, ut si de lucrosis quæstibus à Superiore arguantur, defendere possint, non se turpi cupiditate adductos, ad lucrum captandum primario animo intendisse, sed provido consilio de damno vitando unice laborantes, insperatum emolumentum fortuito temporis beneficio adeptos fuisse. Aliquando etiam non sua, sed suorum, aut sanguinis, de qua quæritur, aut alio necessitudinis vinculo sibi conjunctorum, bona, negotiationibus implicita, ad eorum sustentationem, ex charitatis officio, & directionis titulo, procurare se prædicabunt.

Quamvis autem, propria etiam experientia in episcopalis officii muneribus abundans, satis edoctissimus, quam difficile sit iudicium fere de peculiaribus quibusdam casibus, in quibus potior sibi partem vindicat bona, vel mala fides illius, qui de illicita negotiatione accusatur, non ideo tamen censere debetis, diligentiam vestram omnino effectivam vacuum fore, ubi saltem ecclesiastici intelligant, vos minime conniventes esse super hujus gravissimi ecclesiasticæ disciplinæ capitis violatione. Magnum enim fructum capietis ex eo ipso, quod vestram, ecclesiasticæ mentem ab obscurioribus etiam eorum prævaricationibus abhorrentem sæpius testatam faciatis, iisdemque oblata opportunitate, graviter denuntiatis, haud irrideri Deum, qui hominum renes, & corda scrutatur, nihilque apud supremum illius tribunal profuturas aliquando cavillationes, quibus nunc ecclesiæ Præsulem decipere, indidatque legibus penas declinare satagunt. Ceterum non omnino impossibile erit latentem rei veritatem plerumque agnoscere, occultumque crimen revincere, si debita cura, atque solertia expendatur hominum mores, qui ex universo eorum vitæ tenore se produunt, rerumque, & casuum adjuncta, quæ allatas excusationes probabilis admittendas, rejiciendasve suadent. Id quod exemplis illustrare facile possemus, nisi Fratemitatem vestram sapientiam, & rerum usum, quantum par est, in Domino considerarem.

Alterum vero, quod æque revera ac illud cavere debetis, est, ne pravas canonicarum legum interpretationes, quibus earum vigor enervatur, aut indulgentia præter fas extenditur præter mentem, & spiritum ecclesiæ, ex privatis opinionibus adinventas, & sine legitimi Superioris assensu ad proprii cuiusque casus opportunitatem accommodatas, apud Vos ullo modo valere sinatis, ubi Clericorum secularium, aut regularium negotiationem, Vobis Judicibus, ad rutinam revocari contingat. Si enim quæstio sit de ipsa natura contractus, qui aliqua in diocesi ab ecclesiasticis inihi solet, an scilicet ipsis licitus, vel potius interdictus censeri debeat; haud æquum erit pro iudicandi norma accipere, vel frequentiam ipsorum actuum, de quorum natura quæritur, vel ipsam contrahentium opinionem, sed ad tollenda dubia, reprensivamque opinantem licentiam, & audaciam, expeditissima erit via recurrere ad hanc Apostolicam Sedem, quæ sicuti alias complures hujus generis quæstiones, per organum præsertim Congreg. S. R. E. Cardinalium Conc. Trid. Interpretum definit, ita etiam imposterum quid de propositis casibus sentiendum sit, decernere non omittet: idoneis editis responsis, ex quibus agendi iudicandique regula desumi valeat.

Quo in genere, quum acceperimus perspicuam Nostram, & Apostolicæ Sedis declarationem desiderari super eo, an Clericis liceat cambium activum contrahere, quamvis non aliam fere rem dubitationi minus subjectam puremus, nihilominus, ad omnem excusandi occasionem am-

putandam, præsentium literarum tenore declaramus, ac definimus, cambium activum, natura sua, esse actum vere & proprie negotiationis; ideoque ecclesiasticis omnibus vetitum censeri debere tam proprio nomine, quam per interpositam personam illud contrahere; quemcumque vero è Seculari, vel Regulari Clero cambium activum contraxerit; omnibus obnoxium fieri penis, atque censuris, quæ in Clericis negotiatores constitutæ noscuntur.

Si autem ecclesiasticorum quispiam, ad se excusandum, quod secularibus negotiis se immisceat, necessitatem præferat indigentiae, non quidem suæ (quandoquidem unicuique Clerico Canonice Ordinationis Titulus, vel saltem congruum sufficiens patrimonium esse debet, quo se sustentet, iisque forsitan deficientibus, debet ipse honestioribus artibus, suæque professioni conformibus, propriis necessitatibus consulere) sed aut parentum, aut sororum, aliarumque personarum, quibus ex naturali officii debito opem ferre teneatur; primum volumus, atque decernimus, hujusmodi excusationem à Superiore ecclesiastico nequaquam admitti, eidemque Clerico minime suffragari posse, quinoms ad canonicæ legis præscriptum pro modo culpe puniatur, nisi doceat se antea præfactas necessitates Apostolicæ Sedis, si intra Italiam, & Insulas adiacentes existat, si vero in remotioribus regionibus versetur, saltem Ordinario loci exposuisse, earumque intuitu, opportunitam dispensationem, & facultatem prædictas personas industria sua juvandi, vel ab eadem Apostolica Sede, vel respective ab Ordinario, impetrasse.

Deinde, pro eo quod pertinet ad hujus curiæ nostræ officia, rationem facimus, nostram mentem, & voluntatem esse, ut hujusmodi dispensationes, & facultates nunquam concedantur, nisi cum ea conditione, quatenus adductæ causæ veritatis nitantur, & nisi simul constet prædictas indigentias nulla alia ratione levari posse, eodemque etiam casu nunquam ecclesiasticis permitatur, ejusmodi negotiationis genus assumere, cujus administratio clericalem statum, & characterem dedecet; quinimo in ipsis Indulorum præscriptis, & literis indicentur, ac præscribantur honestiores modi, quibus Clericis, justa moderatione servata, & intra veram indigentiam mensuram, pauperibus consanguineis operam præstare valeant. Quæ omnia similiter Ordinarii, ad quos pertinet, in hujusmodi dispensationibus, & facultatibus concedendis observare debent: hoc insuper advertentes, ne ea, quæ vel ab ipsis, vel ab Apostolica Sede, peculiaribus quibusdam Clericis hoc in genere aliquando permittitur, & justis concurrentibus causis, frequentibus forsitan indulta dignoscuntur, (exempli gratia, ut ecclesiasticos fundos, certa annua pensione conventa, colendos, exercendosque conducant); eadem à reliquis ecclesiasticis, tamquam generaliter non omnibus concessa, absque justa causa, & sine speciali indulto usurpentur.

Ceterum facultates ipsas, etiam ut supra dictum est, obtentas, semper quoad tempus revocationi obnoxias censeri decernimus, ita ut pro invitis, & revocatis ipso jure habeantur, quoties allegata conjunctorum indigentia cessaverint, vel alia legitima se offerat ratio iisdem opportune prospiciendi. Super quorum omnium tum executione, tum observantia, Ordinariorum localium vigilantiam, atque conscientiam onerari volumus, & re ipsa oneratum fore denuntiamus.

Verum non uni dumtaxat negotiationi tribuenda est, quæ nunc temporis cœnit ecclesiasticæ dignitatis depressio. Sunt aliquidam abusus, quibus ecclesiastici viri proprium decorem, totiusque cœtus, & ordinis existimationem frequentibus, ab ut securius abjicere dignoscuntur, quod eos nolunt non tam aperte adversari literæ sacrorum canonum, & constitutionum ab Apostolica Sede editarum; proindeque se censuris, & penis ibidem statutis nequaquam subjiciendos fore confidunt. Plurimi enim, ut ex prædictorum relatione cognovimus, in ipsa bonorum suorum administratione, eorumque cultura, in distractione fructuum, animalium, & ceterorum, quæ in propriis, & ecclesiæ fundis nascuntur, seu aliuntur, nec non in comparandis rebus, quæ vel ad proprios usus, vel ad fundos prædictos instruendos sunt necessaria, adeo indecoris actibus se ipsos exercere conspiciunt, adeo

adeo se totis curis, & sollicitudinibus hujus seculi deditos, ac temporalibus lucris inhiantes ostendunt, ut qui sacre dignitatis præstantia supra humanæ conditionis sortem erecti merito reputantur, infra ipsos abjectissimi status homines sese demittant, & qui filii lucis esse, & apparere debent, seculi filios terrene aviditatis anxietate superare videantur. Hos ajeant omnibus mundinis, atque mercatoribus, laicalis propemodum apparatus, ac specie se sistere, nec quicquam minus, quam clericalis moderationis, atque modestiæ, vel ecclesiastici decoris, & gravitatis, speciem præferre.

Quibus Nos quidem palam edicimus, nihil per Nos interdictum iri, quod ipsis, pro recta, & provida ecclesiastici patrimonii administratione, quoad ipsam actus naturam, permissum dignoscitur, vel etiam à Sanctis Patribus, & ecclesiasticorum legum Conditoribus eorum diligentia commendatur. Verum sicut alia complura sunt, quæ Clericis, quoad rei substantiam, non prohibentur, & tamen eorum usus, sub certis dumtaxat modis, & forma, iisdem permittitur; ita autem, qui præscriptum modum excesserint, statutamque ecclesiasticæ disciplinæ formam violaverint, tum temporales pœnæ, tum etiam spirituales censuræ à sacris canonibus intinguntur, cujus rei innumera extant exempla in generalibus canonicis Juris legibus, ac etiam in peculiaribus diocesium statutis, quæ plura de vita, & honestate, de habitu, & tonsura Clericorum, sive observanda, sive vitanda, præscribunt: ita Vos Venerabiles Fratres, oportet, ecclesiasticorum omnium, qui in diocesium vestris versantur, agendi rationem circa præmissa circumspectantes, siquid Vobis constituitur, frequentius ab iis admitti, quod Clericorum Statum dedecet, non solum eos idoneis instructionibus docere, ut collatæ sibi dignitatis celsitudinem degant, non licere potest indecoris actibus eam deturpare, debantque ecclesiastico Ordini existimationem, & reverentiam, quæ etiam spiritualibus populorum utilitatis plurimum prodest, ex laicorum animis abolete, ut pote memores se in sortem Domini vocatos esse, non tam quæ sua sunt, quam quæ Jesu Christi, quærent, & curent: sed præterea, quatenus opus esse noveritis, oportunitis decretis conditis, ac severioribus edictis propostis, ejusmodi Clericorum turpitudinis, & cupiditati obviam ire; ac delinquentium culpam, habita minoris, majorisque scandali ratione, nuncquidem increpando arguere, tunc autem salutaribus poenitentis emendare, nunc demum districto poenarum, ac etiam censurarum gladio, ad ceterum exemplum, coercere, & punire.

Et paten quidem, vel etiam majorem pastoralis zeli vestri sollicitudinem, atque constantiam requirit aliud corruptelæ genus, quod plures ecclesiasticos viros inficere, & ab ecclesiæ servitiis adductos, ad seculi curas convertere accepimus. Sunt enim, qui industriam, operamque suam, quam totam divino cultui, & proximorum utilitatibus, ex charitatis lege, impendere deberent, laicorum obsequiis, abjectisque servitiis addicere, aliquando etiam eorum negotiis administrandis, curandisque pro temporali, eaque satis vili mercede, locare non recusant. In quo difficile est judicare, an magis defenda sit eorum cæcitas, qui proprii gradus dignitatem ipsi proculcant, an potius reprehendenda sit laicorum præsumptio, qui Sanctuarum Ministrorum, à quibus christianæ vitæ documenta, æternæque salutis subsidia petere debent, tam parvipendunt, ut eos in domesticis officiis sibi dicto audientes, servilibus ministeriis adhibere non vereantur.

Verum quod altius animum nostrum sollicitat, illud est, ne forte hujusmodi malum ex alio non minus detestabili abusu profuatur; quod nempe aliquibus ad clericalem statum temere aspirantibus, quandoque contingat fallacibus, corruptisque documentis Ordinarium suum decipere, confictoque sibi patrimonio, cujus fructus, aut nulli sunt, aut ad ipsos non vere pertingant, ad Sacros Ordines absque reductibus ad honestam vitam sustentationem sufficientibus, promoveri. Quare ne quis vestrum miretur, Venerabiles Fratres, si hac occasione arrepta, Vos omnes, & singulos enite hortamur, atque monemus, ut cautiore hac in re, oculatiorisque vos præbeatis, ne cui Subditorum vestrorum detur ad Sacram Ordinationem ob-

repere, qui ex beneficio ecclesiastico, vel ecclesiastica pensione, aut ex patrimonio sibi constituto, in casibus à jure permisis, omni submota collusione, ac fraude, eam re ipsa non percipiat annui redditus summam, quæ synodalibus cujusque diocesis statutis, aut legitima consuetudine definita dignoscitur.

Clericos autem, & Sacerdotes in laicorum domibus hujusmodi ministeriis addictos, quæ eorum gradum, & professionem dedecent, atque eos à divinis obsequiis, & propria perfectionis cultura, ad illiberalium occupationum, & secularium negotiorum agitationem traducant, quantum vis honestioribus in speciem tituli susceptum servitii genus aliquando obtegere adnitantur, ne patiamini quietos in suo dedecore insordescere, aut forte obfirmatos, de sua ab ecclesiæ castris defectione impune gloriari; sed omni pastoralis sollicitudinis studio, & quantum opus sit, tota ordinariæ, & delegatæ Jurisdictionis auctoritate, servatis servandis, eosdem ad ecclesiasticæ vitæ instituta, & ad clericalis militiae munera revocate.

Hæc sunt, Venerabiles Fratres, quæ pro apostolici ministerii Nostri officio, ad ecclesiasticis ordinis honestatem, dignitatemque tuendam, & vindicandam, sollicitudini vestræ suggerenda, enixeque commendanda judicavimus. Hæc enim in re, quæ ex peculiaribus actionum circumstantiis maxime pendet, vos omnino partes primas esse oportet, utpote qui Subditorum Vestrorum facta, eorumque adjuncta, regionum necessitates, & personarum mores, quidque apud prudentes, & probos viros, honesti, aut indecori speciem habeat, in singulis locis præsentibus constituti, & melius agnoscere, & securius astimare potestis. Ut autem liberum Vobis sit in hoc rerum genere inordinata quæque corrigere, & reformare, quodcumque dispensationis, aut facultatis Indultum circa præmissa à quolibet Romanæ Curie officio hæctenus concessum, prudenti arbitrio vestro moderandum permittimus; nullum vero imposterum concedi volumus, nisi auditis prius Fratemitatum Vestrarum relationibus, & votis, adjectis eidem Indulto ejusmodi formulis, & conditionibus, per quas integrum Vobis relinquatur arbitrium de illius executione, & effectu ita cognoscendi, ut nemini ecclesiasticorum liceat, illius prætextu, negotium ullum, aut ministerium minus honestum contra interdictum vestrum assumere, aut susceptum retinere, & protrahere. Interim in pastoralis zelo vestro acquiescentes, Fratemitatis Vestris apostolicam benedictionem ex animo impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 17. Septembris 1759. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

*Ne Clerici, vel Monachi* (ita conceptus est ipse titulus quinquagesimus & ultimus libri tertii Decretalium secularibus negotiis se immisceant. Inter alios vero hunc titulum commentatus est Boetius Epon. Consulendi etiam ubi res postulat, sunt Granulett. in *Apologia pro lege divina prohibente Clericis mercaturam*, Renatus à Valle, seu Theophilus Raynandus in *Hipparco, seu disceptatione de religiosa negotiatione*, Linck. *de Cleric. artifice, & negotiator*. & Michael Grassus *de negotiis Cleric. prohib.* Series vero negotiorum secularium Clericis interdictorum refertur in *cap. 1. hoc titulo*. In primis vero Clericis est interdicta negotiatio quæstuaria, *cap. 9. & 10. dist. 88.* Hæc vero negotiatio quæstuaria duplex est, vel *personalis*, vel *realis*. Illa citra respectum prædiorum personis simpliciter competit, hæc autem prædiis coheret, & jus quoddam reale & eximium, & quod cum re ad omnem possessorem transit, denotat. Non prohiberi autem Clericos talia prædia possidentes jus tale reale exercere, modo decorum non lædatur, tenet Michael Grassus *de negotiatione Clericorum prohibita cap. 5. p. 40.*

Quoad tamen ad negotiationem quæstuariam *personalem*, eam Clerici minime exercere dicuntur, si res emanet non consilio illas vendendi, & lucrum inde faciendi, sed animo comparandi necessaria, & superflua vendendi, Pignatell. *consult. canon. tom. 2. consult. 34. num. 19. Panimoll. dec. 6. adnotat. num. 3. & plur. sequent.*

Recollectionem vero nivis in propriis puteis, quæque venditionem lucri & compendii causa pertinet ad negotiationem quæstuariam *personalem*, & sic veritatem esse Cler-

Clericis, nervose pro more firmat Lanfredin. *respons. ecclesiast. 36. per 101.*  
 100 Nota vero, quod contractus à Clericis initi, qui continent negotiationem quaestuariam personalem, non declarantur invalidi favore debitorum, sed quasita eis spectant ad Cameram Apostolicam; Rota in *Lucana pecuniaria 21. Januar. 1744. coram bon. memor. Perali. & in Romana Salviani 17. Jun. 1748. coram bon. mem. Vicecomiti.*  
 101 Illud non est omittendum, quod sub prohibito physica studio Clericis in *cap. 3. & 10. tit. Ne Clerici, vel monach. &c. intellecta eo tempore fuit Medicinæ ars. Confer Bohemer. in decret. lib. 3. dist. tit. §. 15. &c.*

ARTICULUS IV.

Clericus quoad cohabitationem cum mulieribus, & quoad choreas, larvas, comedias, & alia spectacula publica.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici non possunt frequentare domicilia feminarum, neque eas ad sua domicilia admittunt: omnes à suo consortio sunt separanda si suspecta, ad numerum.
- 2 Quas domi suæ retinere possunt, dicta suspitione cessante: que discretio inter eas ad famulatum talent præstandum, ad n. 7.
- 3 Afferuntur exempla, & Sacra Congregationis decisiones: prudentiæ, & vigilantie Episcoporum committitur, ad n. 12.
- 4 Choreas, saltationes, larvas, comedias, hastiludia vitare tenentur Clerici, & etiam Regularibus ab Episcopo potest prohiberi, ut eisdem intersint, ad numerum 16.
- 5 Si recitentur ab eis comedie profane, & pæne stabiluntur, ad n. 19.
- 6 Ex aliena manu additiones subnectuntur, ad numerum 34.
- 7 Supplementa Auditoris inseruntur, ad n. 47.
- 8 Clerici non possunt frequentare domicilia feminarum, cap. Clericus 21. dist. 81. ibi: "Clericus solus ad foeminae tabernaculum non accedat, neque frequenter propeet sine majoris notæ Sacerdotis jussione. Nec solus presbyter cum sola femina fabulas miscet. Nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officii frequenter inter domicilia matronarum, aut forte per Clericos, aut domesticos matrone mandat aliquid secreta: si quid magnitudo fuerit, & ille deponatur, & illa à liminibus neclesse arcetur." Concordat cap. Sed si forte 21. & cap. Cum omnibus 27. ead. dist. 81. & cap. Clerici 32. dist. 81. ibi: "Clerici vel continentes ad viduas, vel virgines nisi ex jussu, vel permissu Episcoporum, aut Presbyterorum non accedant: Et hoc non soli faciunt, sed cum conclericis, vel cum quibus Episcopus, aut Presbyter jusserit; nec nisi Episcopi, & Presbyteri soli habeant accessum ad hujusmodi feminas, sed ubi aut Clerici præsentés sint, aut graves aliqui christiani."
- 9 Immo non solum Clericis est prohibitum frequentare domicilia feminarum, sed insuper est eis vetitum feminas ad sua domicilia admittere, cap. Hospitulum 17. dist. 32. ibi: "Hospitulum tuum, aut raro, aut nunquam mulierem pedes terant, qui non potest toto corde cum Deo habitare, qui feminarum accessibus concupulatur; femina conscientiam secum pariter habitans exurit." Concordat cap. Oportet 23. dist. 81. & c. Voluntas 24. ead. dist. 81. ubi sic expresse habetur: *Voluntas, & Sacerdotes prohiberi debent, ne cum mulieribus conversentur; & cap. Legitur 35. ead. dist. 81. ubi refertur, Sanctum Augustinum nec cum sorore sua habitare consensisse: ibi: "Legitur quod Beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit, dicens: Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt; & c. Inhibendum 1. de cohabitatio. Clericor. & mulier. ibi: Inhibendum est, ut nullus Sacerdos feminas, de quibus suspicio esse potest, retineat; sed neque illas quas ca-*

nonnes concedunt, matrem, amitam, & sororem, quia instigante diabolo, & in illis scellus perpetratum reperitur, aut in pedissequis earumdem; sed si quam de his necessitatem habuerint, Presbyteri habeant in vico, aut in villa domum longe à sua conversatione, & ibi eis, quæ sunt necessaria, subministrant." Quotiescumque enim mulieres, quæ cum Clericis cohabitare permittuntur, sunt aliquo modo suspectæ, non tantum extraneæ, & famulæ, sed etiam consanguineæ sunt, separandæ sunt; & arcendæ ab illorum domibus, licet sint senilis ætatis; Nicol. lucubrat. canon. lib. 3. tit. 2. de cohabitatio. Clericor. num. 1. Sac. Congr. Episcop. in Senogallien. 15. Februar. 1619. & in Ferrariens. 7. Junii ejusdem anni, in qua famula erat ætatis annorum 66.  
 Sinistra autem suspitione cessante, licitum est Clericis, & à jure concessum, in domo sua retinere rei domesticæ gratia, seu ob aliud honestum motivum, matres, avias, materteras, amitas, sorores, filias fratrum, aut sororum, aliasve stricto naturali fodere sanguinis conjunctas, textu expresso, in cap. Cum omnibus 27. dist. 81. ibi: "Cum omnibus omnino Clericis extraneæ foemine non cohabitent, sed sola matres, avia, matertera, amita, sorores, & filia fratrum, aut sororum, & quæcumque ex familia domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant; vel si filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acciperint, aut servis non habitentibus in domo quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit." Concordat cap. Interdictum 16. dist. 31. ubi Sancta Synodus Nicæna quibuslibet Clericis interdixit: Subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, aut etiam idoneas personas, quæ fugiant suspiciones. Et cap. A nobis 9. de cohabitatio. Clericor. & mulier. ibi: "Cum Clericis quoque non permittas mulierculas habitare, nisi forte de illis personis existant, in quibus naturale fœdus nihil permittit sævi criminis suspicari." Quinimmo cessante suspitione, nedum licitum est Clericis domi retinere supradictas feminas sibi conjunctas naturali fodere sanguinis, sed etiam alias extraneas pro re domestica sibi valde utiles & necessarias; cii. cap. Interdixit; ubi sancta Synodus Nicæna præter matrem, & sororem &c. permittit Clericis habere etiam idoneas personas, quæ fugiant suspiciones; & Gloss. ibi: verb. Idoneas, istud exemplificans in uxoris servorum suorum, cii. cap. Cum omnibus 27. dist. 81. Quibus addi possunt mulieres, quæ sunt provecæ ætatis, arg. cap. Cum in juventute 15. de presumptionibus. Etas autem provecæ, in qua cessat omnis aliena sinistra suspicio, & mulier, seu famula aliæ bonæ famæ, & honesta præsumitur cohabitare posse cum Clerico sine periculo incontinentiæ, est ordinariæ ætas quinquaginta annorum, ut notat Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 2. num. 1. Dicitur autem non tantum ordinariæ esse ætatem quinquaginta annorum, ad denotandum posse interdum dari famulas, seu mulieres tantæ bonæ famæ, & virtutis, ut etiam in minori ætate sicuti è contra possunt dari interdum aliæ, quæ licet in dicta ætate, aut simili, vel etiam in majori constitutæ adhuc relinquunt seu præbeant sinistrae suspicandi locum. Et ideo, ut refert Barbosa lib. 1. Jur. ecclesiast. unio. cap. 40. num. 30. "Conquerunt apud Sacram Congregationem Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, Presbytero Jacobo Sanctissimo in sexagesimo ætatis suæ anno constituto, Episcopum Senogalliensem, ut famulam ætatis quadraginta annorum removeat, sibi injunctis, eandem Sacram Congregationem supplicavit, utrotorem hac de causa molestari minime permittat. Sacra Congregatio die 15. Februar. 1619. eundem Jacobum parere debere respondit. Idem censuit in una Ferrar. die 7. Jun. ejusdem anni contra Presbyterum Joannem Baptistam Rebillum annor. 64. & ejus famulam ann. 66."

Unde remittitur prudentiæ, & vigilantie Episcoporum ut & attenda ætate, qualitate, & morum honestate tam Clericorum, quam mulierum, seu famularum, eis concedant, vel interdiant cohabitationem, prout eis melius in Domino expedire videbitur. Possunt enim Episcopi

copi de jure prohibere Presbyteris, & Clericis, ne domi retineant famulas, nisi fuerint ab ipso approbata, & absque sua licentia. Sed hanc concedendo debent illam gratis expedire, ne umquam pusillis occasio detur dubitandi, sacros canones cohabitationem cum Clericis prohibuisse, ut exinde Episcopi quæstum faciant, ut monuit Sacra Congr. Episcop. & Regul. Episcop. Bergomensis 11. 26. Novembris 1593. Dato autem quod mulier esset Presbytero, seu Clerico conjuncta in gradu consanguinitatis de jure permissio; tunc non videtur imponenda necessitas licentiam ab Episcopo impetrandi, etiamsi retineatur cum qualitate famularum, ut censuisse videtur Sacra Congregatio Conc. in Casenat. Synod. 26. Februar. & 26. Mart. 1695. Dummodo tamen non sit suspecta, quia in tali casu ob periculum incontinentiæ non posset retineri, etiamsi esset sibi stricto fodere sanguinis conjuncta, ex dist. cap. Inhibendum 1. de cohabitatio. Clericor. & mulier. ibi: Inhibendum est, ut nullus Sacerdos feminas, de quibus suspicio esse potest, retineat, sed neque illas, quas Canones concedunt, matrem, amitam, & sororem, quia instigante diabolo, & in illis scellus perpetratum reperitur. Et declaravit Sacra Congr. deputata in Vigilien. Synod. 20. Mart. 1699. ad 16.  
 Clerici non possunt choreas, aut saltationes ducere, nec ubi ducuntur publice interesse. Concil. Senonen. capit. 25. ibi: Non se admisceant choreis publicis, tripudiationibus, aut saltationibus, non turpes, amatorias, aut lascivias deprimant cantinellas, seu cantationibus favent, aut adint. Conc. Moguntin. IX. cap. 54. ibi: Choreas, spectaculaque, & convivia publica vitent; ne ob luxum, petulantiamque eorum nomen ecclesiasticum male audiat. Concil. Mediolan. I. part. 2. cap. Hic igitur dist. 23. cap. Non oportet dist. 5. de consecr. Conc. Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. & Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Ferrar. 5. Februar. 1585. Clerici non possunt personati incidere, seu larva, aut, ut vulgo dicitur, Maschera se tegere; cum cap. Cum demum 12. de vita, & honestate Clericor. cap. Nullus dist. 44. cap. Nullus Presbyterorum dist. 5. de consecr. Concil. Mediolan. I. part. 2. tit. de armis, ludis &c.  
 Et hinc est, quod talis prohibitio potest ab Episcopo extendi etiam ad Regulares, prout laudando Episcopum Ferrariensem respondit Sac. Congr. Episcop. & Regul. 5. Februar. 1585; & Sac. Congr. Concil. in Mantuane 10. April. 1645. declaravit posse etiam in Clericis incidentes personatos tempore bacchanalium imponi ab Episcopo poenam excommunicationis. Clerici vitare tenentur comedias, hastiludia, & alia hujusmodi vana spectacula. Authent. de Sanctiss. Episcop. & Interdictionis cap. 1. dist. 47. cap. Non oportet dist. 5. de consecr. cap. Cum duorum 12. & cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Clericor. cap. 2.  
 Ne Clerici, vel monachi, cap. Inter dilectos, de excessibus prælat. Non igitur licet Clericis interesse comediiis, cum ut plurimum sint de rebus lascivis, turpibus, & amoribus mundanis, provocantes auditores ad malum, & libidinem, ac spectatores suo accessu, & presentia causam afferant scenicis turpia agendi. Et ob id plurimi ex classicioribus Doctores docent, mortali peccato obnoxios esse, & qui comedias exhibent, & qui ad eas accedunt, ut plurimum ad hoc cumulatis refert Pignatelli. tom. 8. consulti. 153. per tot. acriter invehens in comediarum actoribus, & spectatores. Nec ullo modo possunt Clerici recitare in comediiis profanas, & contra recitantes in ipsis posse Episcopum statuere poenam excommunicationis ferendam sententiæ, declaravit Sac. Congr. Conc. in Salomon. 22. August. 1665. Nec mimis, Jocularibus, & histrionibus intendere debent, textu expresso in cap. Clerici officia 15. de vita, & honestate Clericor. ibi: Mimis, Jocularibus, & histrionibus non intendant. (Omnia præcedenter relata cum legib. 36. 37. 38. & 47. tit. 6. part. 1. conveniunt; vid. leg. 43. & 44. ejusd. ubi de penis agitur in Clericis mulieres suspectas seu concubinas habentes, & videatur etiam addit. hisp. verb. Forum, vers. De concubinariis.)  
 Et quoad hæc attendenda est sequens novissima epistola, qua Vicario Capitali Aquilano jussu Summi Pontificis mandatur, ut Sacerdotibus, & Clericis ejusdem civitatis inhibeat, ne in comediiis cujusvis generis interlocutorum partes agant.

Et pervenuto à notizia della Santità di nostro Signore, che in questa Città sia per recitarsi una commedia in musica, nella quale intendano d'intervenire per interlocutori alcuni Sacerdoti. E febbene la Santità sua difficilmente si persuade, che voi, quando seriamente riflettiate alle calamità universali, ed anco particolari di questa Città, non vi possiate indurre à permettere a' Sacerdoti, & Chierici, che compariscano ne teatri, & rappresentanze, le quali appena si tollerano nelle persone laicali, essendo ciò vietato da' sagri canoni, è dalle risoluzioni di questa Sacra Congregazione, tuttavia ha stimato di strettamente ingiungere, che proibiate in nome di sua Beatitudine sotto gravi pene a' Sacerdoti, & Chierici d'intervenire, come sopra, in alcuna sorta di commedie, & rappresentanze, benchè sagre, & spirituali. Non mancherete pertanto d'obedire al supremo comando di nostro signore &c. E Dio vi prosperi. Roma 31 Ottobre 1706. P. Card. de Carpegna Prefetto; F. Nuzzi Segretario."

Tripart. decret. de cohabit. Clericor. &c. prohibentur Clericis. I. Consortium cum foeminis, quas olim vocabant sorores, agapetas, aut extraneas mulieres. II. Conversatio suspecta cum mulieribus, & quod capit rei est. III. Concubinatus.

Prohibitio consortii Clericorum cum agapetis continetur cap. 1. dist. 7. Eas Justell. ad cap. 3. Concil. Nicæn. describit: Erant neque uxores, neque concubinae, sed terrib. cujusdam generis mulieres, quas secum Clerici non solum, nec libidinibus gratia, sed pietatis studio aut certe prætextu fovebant.

Interdicta præterea est Clericis omnis suspecta conversatio cum mulieribus extra domum, quod variis Conciliorum canonibus exornat Cladius Espencæus lib. 6. de continent. c. 12. Nemo (ait Symmachus Papa inc. 2. dist. 81.) enim recte personam majoris suscipit, nisi qui ætibus suis errata condemnat, & amorem innocentie conversatione demonstrat. Ceterum hoc intelligendum de conversatione frequentiori, & ex aliis causis suspecta, quod ex moribus Clerici, tum vita antea facta mulieris, æstimandum.

De variis prohibitionibus concubinatus Clericis factis consule Bohemer. in decret. lib. 3. titul. 2. fer. per tot. Hic vero omittendum non est, Episcopos adversus Clericos concubinarum procedere debere servato ordine præscripto à Concilio Tridentino sess. 21. cap. 6. & sess. 25. cap. 14. de reformat. quo, ut monet elias: P. Girald. in elench. decret. ampliat. à Sacro Conc. Trident. elench. 7. lib. 3. tit. 2. ampliata, & respectivo moderata fuit decretalis in cap. 2. de cohabit. Clericor. infingens Clerico in sacris suspecto de fornicatione cum quacumque foemina poenam excommunicationis latæ sententiæ post trinum monitionem. Ordo autem hic sequens est.

Monendi in primis, & quidem monitione speciali in personam sunt, etiamsi notorii sint. Quare non sufficit generalis per edictum, aut in Synodo facta. I. Licet alias hæc tria monitionis vim habeat. II. Si ita moniti non abstinuerint ipso facto, privati sunt tertia parte fructuum quorumcumque, & pensionum, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alicui loco pio arbitrio Episcopi applicatur. III. Si perseveraverint in eodem delicto cum eadem, vel alia foemina, nec paruerint secundæ monitioni, eo ipso amittunt fructus omnes locis piis applicandos, & insuper ab administratione suorum beneficiorum quoad Ordinarium videbitur, debent suspendi. IV. Si ita suspensi nihilominus non abstineant, privati sunt perpetuo beneficiis, pensionibus, & officiis ecclesiasticis quibuscumque, ac inhabiles ad ea imposterum assequenda debent declarari. V. Si etiam ita puniti non respiciant, excommunicationis gladio sunt plectendi; Rota in Placen. Parochie 9. Decembris 1743. §. 9. cor. bon. mem. Lan. & in confirmatoria 15. Jun. 1744. §. 8. cor. clar. mem. Millin.

Simplex vero Clericus concubinarum, vel fornicatus punitur poena carceris, vel suspensionis ab Ordine, ac inhabilitatis ad beneficia obtinenda, ut pariter monet P. Girald. ubi supra.

Nomine vero Clericorum concubinariorum, contra quos ita procedere potest, & debet Episcopus, intellige eos, qui concubinam, vel domi suæ, vel etiam extra illam

lorum ludus, & maxime ille ludus, qui magis fortuna, quam arte, vel industria ludentium regitur; ut habetur expresse ex can. 41. & 42. Apostolorum, ubi in transgressores, nisi desistant, statuitur poena depositionis, aut excommunicationis, ibi: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, qui vel alea, vel ebrietatibus indulget, vel desinat, vel deponitur. Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector, qui consimilia facit, vel desinat, vel a Communione sejungitur.* Concordat: cap. Episcopus t. dir. 35. ibi: *Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus alea, aut ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe damnatur, Subdiaconus, aut Cantor, aut Lector, similia faciens, aut desinat, aut communionem privetur. c. Clerici officia 15. de vita, & honest. Cleric. desumptum ex Conc. Generali Lateran. celeb. sub Innoc. III. ibi: Clerici... ad aleas, vel taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint. Conc. Trid. sess. 22. c. 1. de ref. ubi renovat antiquas prohibitiones, quas ecclesia circa hoc Clericis statuit, & precipit, ut adhuc severius puniantur, si necesse fuerit, illi, qui reperiuntur his prohibitionibus non paruisse, ibi: *Statuit Sancta Synodus, ut quae aliis ad Summis Pontificibus, & a Sacris Conciliis de Cleric. vita, & honestate... aleis, lusibus... copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem imposteriorum, istidem panis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur. Concilium Burdigal. celebratum 1583. ludum sic Clericis interdicit: Ab alea, tesseriis, chartis, & quocumque alio vitio, & indecoro ludo tum privatim, tum publice penitus abstrineat. Conc. Senonense celeb. 1528. can. 15. sic precipit: A ludo alearum, aliisque, qui a sorte pendunt, abstinere, neque ludentium fautores, spectatores, aut testes existant. Conc. Mediolan. 1. part. 2. tit. de armis, ludis &c. ubi S. Carolus sic statuit: *Nec solum ludere vetamus, sed eos ludorum spectatores esse volumus, & quemquam ludentem in adibus suis permittere.* Immo non solum legibus ecclesiasticis, & canonicis est ludus prohibitus Clericis, sed etiam legibus caesareis, & civilibus, ut expresse habetur in authent. Interdicimus, Cod. de Episcopis, & Clericis; ibi: *Interdicimus Sanctissimis Episcopis, & Presbyteris, Diaconis, & Lectoribus, & omnibus aliis cujuslibet ordinis venerabilibus collegiis... ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes esse, aut inspectores fieri... Si quis autem ex his in hoc deliquerit, jubemus hunc tribus annis a venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium reddigi.***

3 Quare ex tam multiplici rigida prohibitione, simulque adjunctis penis, non nisi pro peccato mortali imponi solitis, communiter colligunt Doctores, quod Clericus lucrifragi, & pro notabili quantitate taliter ludens, peccet mortaliter, praesertim si frequenter, aut publice cum scandalo aliorum id fiat; Navarrus cap. 20. manual. num. 9. Silvester verb. Ludus quest. 4. Layman lib. 3. theolog. moral. tract. 4. cap. 21. num. 1. Pirhing lib. 3. decis. tit. 1. 15. Reiffenstuel ibid. num. 58. & alii.

4 Secus vero esset dicendum, si privatim, ac sine scandalo ex bonis paternalibus, aut etiam ex redditibus beneficiorum suorum, sed solum in quantitate modica, spectato statu suo, & reddituum copia, recreationis causa luserit; praesertim cum nostris hinc temporibus rigori antiquiorum canonum per consuetudinem derogatum videatur; tum quia canones relati loquuntur de illis, qui alea, & ebrietati deserviunt, id est, crebro, & per longum tempus ludunt, seu lusui hujusmodi valde serviunt, ut explicat Glossa in cir. cap. Episcopus cap. 35. verb. Deserviens, Lessius lib. 2. de justitia, & iure cap. 26. dub. 1. num. 5. & 6. Reiffenstuel, Pirhing, & Layman.

5 loc. cit. Qui Layman ibid. n. 2. insuper addit, Clericos ludentes raro, & moderate ob recreationem, omnino excusari a peccato, si lex dioecesa ipsi non prohibeat tales fortune ludos, & consuetudo loci permittat, ac quodammodo coonestet, Pirhing, loc. cit. Monacell.

Quod alearum, & taxillorum ludus, praemaxime qui magis fortuna, quam arte, vel industria regitur, omnibus tam Clericis quam secularibus omnino prohibeatur, notatum suo in loco legitur (1).

(1) Vid. verb. Ludus. l. 56. tit. 5. p. 1.

tom. 3. tit. 2. formul. 6. Ludum autem scacchorum, seu latruncolorum non esse prohibitum Clericis tenent Abbas in cap. Clericis 15. de vita, & honest. Cleric. num. 4. Joan. Ant. ibid. n. 13. Barbos. ibid. n. 8. & alii ab ipso citati, ubi idem Barbos. de scacchorum, seu latruncolorum ludo sic subjungit: *Qui quidem latruncolorum ludus licet ingenio constet, non multum tamen literarum hominibus convenire arbitramur, quod mentem jam literarum studiis fatigatam recreare magis cessatione, & quiete, quam novo meditationis labore gravare oportet.* ut etiam advertit Joann. Baptista fin. de regul. jur. hom. 22. in fine. Sic etiam est Clericis permixtus omnis ille ludus, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis; Farin. in praxi criminali. p. 3. q. 109. num. 103. & 106. Bellet. Disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 24. n. 8. & 9. Barb. loc. cit. num. 7. & alii. Quantum autem ad ludos, ut supra prohibitos, nempe alearum, & taxillorum, aliorumque, qui non recreationis gratia frequentantur, advertendum est, quod merito Clericis prohibentur; eo quod ex illis plura nascentur inconvenientia, quae recenset Archidiaconus in cap. Episcopus dist. 35. *Primum est desiderium lucrandi, & sic est cupiditas, quae est radix omnium malorum. Secundum est voluntas spoliandi proximum; & sic est rapina. Tertium usura quoque consideratur. Quartum multiplicata mendacia, & verba obscena, & vana. Quintum Blasphemiae, & ita haeresis. Sextum corruptio maxima plurimorum, qui ad ludum videndum, & concupiscendum conveniunt. Septimum scandalum bonorum. Octavum contemptus prohibitionis Sanctae Matris Ecclesiae. Nonum amissio temporis, & interdum (adde) desperatio. Unde P. Ribadeneira in vita S. Francisci de Borja cap. 5. dicit ludo pretiosa amitti, tempus scilicet, pecuniam, & devotionem, ac saepe conscientiam.*

Clerici cauponas, vel tabernas, nisi longioris itineris causa ingredi prohibentur; cap. Non oportet 2. cap. Nulli Cler. 3. & cap. Clerici 4. dist. 44. in quorum ultimo sic praecise statuitur: *Clerici edendi, & bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi;* Concordat Can. 13. Apost. ubi sic decernitur: *Si quis Clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, a communionem excludatur; exceptio tamen, qui necessario in itinere in commune diverterit hospitium. Et cap. Clerici Officia 15. de vita, & honestate Cleric. ubi sic expresse habetur: *Et tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constiterit. Et tanto minus eis tabernas habere licet; si enim eas ingredi prohibentur, multo magis in ipsis ministrare aliis vetantur, textu expresse in cap. Nulli Clerico 3. dist. 44. ibi: *Nulli Clerico tabernam, aut ergasterium habere liceat; si enim ea ingredi prohibentur, multo magis aliis ministrare in eis. Si quis vero tale quid fecerit, vult cesset, aut deponatur.* Concordat clement. 1. de vita, & honest. Cler. ibi: *Diaconis locorum districte praecipimus, ut Clericos carnisum, seu macelliariorum, aut Tabernariorum officium publice; & personaliter exercentes nominatim, & tertio moneant, ut sic ab hujusmodi officis intra convenientem terminum munitum ipsorum arbitrio moderandum desistant, & quod nullo unquam tempore reastantur. Tales Clerici si ter personaliter moniti non desistant, vel deinde reassumant, tunc si sint Clerici conjugati, omni careant privilegio clericali; si vero sint Clerici coelibes, carent privilegio clericali solum in rebus, dum incedunt ut Clerici; & si incendant ut haec, carent etiam privilegio clericali in personis eo ipso, & quoad in praemissis periterint; textu claro in dist. clement. 1. ibi: *Qui si taliter moniti ab ipsis non desisterint, aut ipsa (ut praemissum est) exercendo reassumserint quandocumque, conjugati omnino, non conjugati vero in rebus, & si omnino incedant ut laici in personis, privilegium cle-****

ricale quoad in praemissis insisterint, eo ipso amittant.

14 Quod tamen procedit si hujusmodi artes exerceant per se, & personaliter, secus si per alium. Ita Glossa verb. Publice & personaliter in dist. clement. 1. Duen. reg. 69. verb. Tertio; Menoch. de arbit. cauti. 412. Perez lib. 3. Glossae pag. 66. tit. 4. l. 8. ord. Azeved. lib. 15. n. 2. tit. 7. quod Recop. Barb. lib. 1. juris eccl. univ. c. 41. n. 74. Per tubernas autem, & cauponas intelliguntur domus, in quibus panis, & vinum, & carnes coctae, & alia hujusmodi venduntur. Ita Glossa verb. Tabernariorum in cap. 1. de vit. & honest. Cleric. Rebuff. in l. Taberna appellatio ne 183. ff. de verb. signific. pag. 96. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 8. lit. V. Conclus. 1. Barb. de appellat. verborum utriusque juris signific. appell. 257. n. 1. (Ad rem leg. 56. & 59. tit. 5. p. 1. a. 10. 5. 5. tit. 7. p. 2.)

15 Crapula, & ebrietas sub gravissimis penis usque ad suspensionem ab officio, & beneficio, est Clericis interdicta. Can. 41. & 42. Apost. cap. Episc. dist. 35. quorum verba relata sunt supra n. 1. c. Crapula 14. de vita, & honest. Cleric. ibi: *«Crapula, & ebrietate omnes Clerici diligenter abstinere, unde vinum sibi temperent, & se vino; nec ad bibendum quisquam incitetur, cum ebrietas, & mentis inducat exitium, & libidinis provocet incrementum. Unde illum ab usum penitus decernimus aboleendum, quo in quibusdam partibus ad potus aquales suo modo se obligant potatores; & ille iudicio rationis plus laudatur, qui plures inebriat, & calices foetidiores exhaurit. Si quis autem super his se culpabiliter exhibuerit, nisi a Superiore communione satisfecerit, ab officio, & beneficio suspendatur.»* Concordat Can. Trid. sess. 22. c. 1. de ref. sub eisdem penis per antiquos Canones statuti, & etiam majoribus arbitrio Ordinarii infingendis, abstinendam a comessionibus, & ebrietatibus injungendis, ibi: *Statuit Sancta Synodus, ut quae aliis a Summis Pontificibus, & a Sacris Conciliis de Clericorum vita, & honestate... luxu, comessionibus... copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem imposteriorum istidem panis, vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis observentur.* Et merito sunt statuta tam rigida penae contra Clericos crapulae, & ebrietatis deserentes, cum ex Concilio Aghathensi relato in c. Ante omnia 9. dist. 25. ebrietas sit omnium vitiorum fomes, & nutrit, ibi: *Ante omnia Clerici vitent ebrietatem, quae omnium vitiorum fons, & nutrit est, & juxta cit. c. Crapula: Ebrietas, & mentis inducat exitium, & libidinis provocet incrementum; adeoque suadet Apostolus, ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; & Salvator ipse Luc. 21. praecipiat: *Attendite vobis, ne forte graecentur corda vestra a crapula, & ebrietate, cum sit maxima Dei offensio, propter quam ebrios Regnum Dei non possidebunt, 1. ad Corin. 6. utpote quorum Deus venter est, ut scribit Apostolus ad Philip. 4. Unde contra hanc cibi, & potus immoderantiam vehementer declamat S. Hieronymus relatus in cap. Ne tales 28. & cap. Legimus 20. dist. 4. de consecr. ex quo talis immoderantia valetudinem ledat, morbos accretet, & vitam ipsam abruptam, juxta illud Ecclesiastic. 37. in malis escis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit usque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinentes est, adhaeret vitam. Observandum tamen est, quod hic in sensu sacrorum canonum aliud est crapula, & aliud est ebrietas. Crapula enim est excessus cibi, seu immoderata voracitas, & ingluvies, qua stomachus praegravatur; cap. Ne tales 28. dist. 4. de consecr. dicit enim lex: *Si nimis ingurgitatione oleat, & i. Quod clarum §. I. cui, ff. de edil. edict. Glossa in cap. Cum Apostolus, de censibus in verb. Sumptuosas. Dicitur autem Crapula quasi crudae epula. Glossa in dist. cap. Crapula verb. Crapula: quia homines ita voraciter epulantes, nimisque ciborum superfluitatem ingurgitantes, perfecte non digerunt, sed materiam indigestam emittunt, cap. Sicut tibi 18. & cap. Ne tales 28. dist. 4. de consecr. Ebrietas vero est excessus vini, & immoderata potatio, & sic distinguntur Glossa 1. in cap. Crapula 14. de vita, & honest. Cleric. & ibidem Hostiens. num. 1. Joann. Andreas num. 4. Butrus num. 8. Acharan. & Ab. tit. 1. Pagn. num. 9. & alii. Sed Aristot.***

teles in Problem. in eo distinguit crapulam ab ebrietate, quod ebrietas una cum mente admittit & sensum doloris, crapula vero constante animo caput afficit. Dicitur autem ebrietas ab E quod est sine, & bria quod est mensura; unde ebrius dicitur, qui sine mensura bibit, hoc est, usque ad privationem usui rationis. Ita Glossa in dist. cap. Crapula verb. Crap. Unde licet haec omnibus prohibeantur, praecipue tamen damnantur in ecclesiasticis, & Dei servitio mancipiis cap. Vinol. 6. dist. 35. ibi: *«Violentum Sacerdotem, & Apostolum damnat, & verus lex prohibet. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibeantur vinum, & sicetam bibere, ut crapula, & ebrietate non aggraventur corda eorum.»* Nec Clerici debent bibere ultra tertiam vicem, ut dicit textus in cap. Quando Presbyteri 9. dist. 44. ibi: *«Et maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant. Unde Lucius Apulejus Florid. 1. Prima, inquit, cratera ad sitim pertinent, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam; sed in hoc spectanda est qualitas complexionis, & temporis, & omnia ad sobrietatem, & necessitatem sunt reducenda, ut recte advertit Marian. Soccin. in cap. Si consiterit num. 19. vers. Tertio quoties sit bibendum, de accusationibus. Licet enim Navarrus in manual. cap. 25. num. 111. dicat quod Clerici ultra tertiam vicem bibentes peccent; tamen secundum rectum sensum Abbat. in cap. Crapula n. 2. verb. Nam deb. Clericus: est sic tenendum, dummodo appetitus naturalis ultra non exeat. (Astruunt doctrinam praecedentem l. 36. tit. 5. p. 1. a. 11. 5. & 5. tit. 7. p. 2.)*

¶ An iustus scacchorum referendus sit ad ludum aleae, Clericisque sit prohibitus, non conveniunt Doctores. Dubium nascitur ex eo quod ingenii magis, quam fortunae ludus esse videatur. Qui licetum cum faciunt quatuor observari volunt requisita. I. Ut ad oblectamentum, non ad lucrum ludus instauratur. II. Ut non magnum temporis spatium insumatur, nisi a rebus sacris abstrahatur. III. Ut aliorum, & praesertim secularium aspectus vitentur. Et IV. Ut profanos viros in eo socios non admittant. Angellus de malefic. pag. mibi 333. & Navarr. in manual. Confess. cap. 20. sub num. 3. eum Clericis interdictioni volunt; quum ad latrunculos istos artificiose versandos exigitur ea ingenii contentio, ac proficitas temporis, ut ad animos potius defatigandos, quam relaxandos aptus videatur, qui vincitur nunquam non male se habet.

ARTICULUS VI.

Clericus quoad arma, & venationem.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici sine justa, & necessaria causa arma deferre possunt.
- 2 Quinimodo est Clericis prohibitum arma deferre sub poena excommunicationis.
- 3 Unde inferant Doctores, quod Clerici arma prohibita deferendo peccant mortaliter, ad n. 2.
- 4 Sed quoad hoc, & omnia, quae faciunt ad delationem armorum, remissivo.
- 5 Venatio frequens, & voluptuosa, praecipue cum armis, & clamorosa, est Clericis interdicta.
- 6 Venatio, quae fit cum canibus, & falconibus praecipue ex voluptate, dicitur clamorosa, & illicita.
- 7 Unde pure merito obervat S. Hieronymus, quod Venatores fuisse Sanctos non legitur.
- 8 Non minus argenti, quae contra vitium venationis declamat S. Ambrosius.
- 9 Unde neque Episcopis licet arma concedere Clericis pro sola voluptuosa venatione.
- 10 Clericos arma deferre pro voluptuosa venatione est contra, & non iuxta sacros canones: Unde Episcopi concedendo Clericis licentiam deferendi telorum venatorium, non sunt immunes a culpa.
- 11 Nec excusari possunt Episcopi praetextu, quod canonum rigor aliteri in derelictum, & quod contrarius fere ubique invaluerit usus.

- 13 *Talis executio improbatu hodie etiam a Sacra Concilio Tridentino: ad idem Mediolanense: Sacra Congregationis decretum: qua venatio Clericis permittitur, & an sic piscatio, atque quo tempore, ad n. 30.*
- 31 *Pene adversus excedentes, ad num. 35.*
- 32 *Potest vero ab Episcopo prohiberi Clericis delatio scilicet sub pena suspensionis a divinis ipso facto incurrenda, dummodo sint in Sacris.*
- 37 *Clerici deserentes arma contra prohibitionem Episcopi, possunt puniri, etiam si non capiuntur in fragrami, sed solum per testes fuerint visi.*
- 38 *Clerici tamen, qui non obviare, & frequenter, sed raro, moderatione, & modestia servata, ac nunquam dimisso habitu clericali, in saltu, vel in agro ad venandas aves recreationis gratia scilicet venatorio uterentur, non essent peccandi, nec puniendi, sed cum eis esset convivendum, & dissimulandum.*
- 39 *Additio ex Auctore, ad num. 40.*
- 41 *Additio ex aliena manu, ad num. 47.*

**C**LERIC sine justa, & necessaria causa arma deferre non possunt; cap. Nimirum 1. cap. Cum a Judæis 2. cap. Non pila 3. cap. Clerici quæ 15. cap. Quicumque ex Clero 6. cap. 23. quæst. 8. cap. Clerici arma 2. de vita, & honest. Cleric. cap. In audientia 25. de tenent. excommunic. & clemens. 1. de vita, & honest. Cleric. in fin. ibi: arma portantes. Quinimo est Clericis prohibitum arma deferre sub pena excommunicationis; textu claro in dicit. cap. Clerici portantes... excommunicantur. Unde inquit Doctores quod Clerici arma prohibita deferendo peccent mortaliter, quia excommunicatio non fertur, nisi pro gravi crimine: c. Nemo Episcopus c. 42. caus. 11. quæst. 3. ibi: quia anathema æternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine. Concordat cap. Nullus Sacerdotum 42. eadem caus. & questione.

Et ratio, quam communiter reddere solent Doctores, est, quia Clericorum arma, & munimenta debent esse orationis, & lacrymæ, ut inquit S. Ambrosius ad Marcellinam sororem Episcopi 33. & relectur in c. Convenio 21. caus. 23. q. 6. ibi: Lacrymæ meæ meæ arma sunt, talia enim sunt munimenta Sacerdotis. Idemque Sanctus Ambrosius relatus in cap. Non pila 3. caus. 23. quæst. 8. ibi: Orationes, & Lacrymæ fuerunt mihi arma adversus milites, talia enim sunt munimenta Sacerdotis, & colligitur ex dicto Hieronymo in Levitico, & relato in cap. Si quis 3. dist. 39. & ex Joanne Summo Pontifice in cap. Porto 14. caus. 16. quæst. 3. Sed quoad hoc, & omnia quæ faciunt ad delationem armorum, vide verb. Arma, ubi late per totum.

Venatio frequens, & voluptuosa, præcipue cum armis, & clamorosa, est Clericis interdicta, c. Episcopus 1. de Clerico venatore, ibi: Episcopus, Presbyterum, aut Diaconum canes, aut accipitres, aut hujusmodi animalium habere non licet. Quod si quis talium personarum in hac voluptate sepius detentus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus a communione, si Presbyter, duobus, si Diaconus ab omni officio suspendatur, cap. Omnibus 2. eadem tit. ibi: Omnibus Servis Dei venationes, & silvarum fatigationes cum canibus, & accipitres, aut falcones habere interdicimus. Concil. Lateranens. IV. can. 15. sub Innocentio III. his verbis: Venationem, aut occupationem universis Clericis interdicimus; & Concil. Trident. sess. 24. cap. 21. de reform. ubi præcipitur, ut Clerici ab illicitis venationibus, & aucupis abstineant. Venatio enim, quæ fit cum canibus, & falconibus propriis ex voluptate, dicitur clamorosa, & illicita; ex cap. Episcopus 1. & cap. Omnibus 2. de Clerico venat. Difficile enim est quod hæc venatio non sit illicita Clericis, si canes, qui ad venandum retinentur, ex bonis ecclesiæ nutrantur. Nam cum bona Clericorum sint pauperum, aut ecclesiæ, & consumi non possunt nisi in usus pios, non erit leve delictum, si comedant bestie quod Christi pauperes alere deberet. Passor. de stat. hom. tit. 2. quæst. 187. art. 2. num. 293. ubi expenditur textum Evangelii Matth. 14. Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Unde jure merito observat S. Hieronymus, quod & notare, & trepidare deberent omnes Clerici venatores, quod venatores fuisse sanctos non legitur. Sic refertur in cap. Quorundam 1. dist. 34. ibi: Nam & B. dicit Hieronymus, venatores nunquam legitimus sanctum; & cap. Beau 11. dist. 86. ibi: Erat venator erat, quoniam peccator erat, & penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem. Nec minus arguit quæ contra vitium venationis declamat Sanctus Ambrosius relatus in cap. Quid prodest 12. dist. 86. ibi: Quis prodest jejulare, cicerare, & luxuriare venatibus, abstinere cibis, & errare peccatis? Et in cap. An putatis 13. ead. dist. 86. ibi: An putatis illum jejulare, intrare, qui primo dituleno non ad ecclesiam vigilat, non Beatorum Martyrum loca Sancta perquiri, sed surgens congregat servulos, disponit retia, canes producit, saltus, silvasque perlatrat? Servulos, inquam, necum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantem, & voluptuosis suis peccata accumulata aliena, neciens reum se futurum tam de suo delicto, quam de perditione servorum.

Un-

Quæ arma ex prohibitis, Nobilibus permittuntur, est jam decisum (1); quod similes prohibitions Clericos obligent, tenendum videtur (2). Quod, dum venationem intra vitia tempora exercent, canum, aut instrumentorum a Ministris secularibus, apprehensio possit in effectum perducere, patet animadvertens (3); quod Clericis coronam reclamantibus, ut à seculari potestate extirpentur, sit prohibitum arma deferre, & si publice, occulte illa deferant, esse peccanda, est non solum à lege dispositum, verum etiam se penis stabilitis subjacere (4); posse in Clericorum bona, salvis personis, procedi, si aliqua obligatio ex parte eorum consideretur, per quam satisfactio pecuniaria facienda veniet, nullus ambigit (5); ideo videtur, his omnibus attentis, facultatem illam Ministris secularibus adesse, ut prædictis armis spoliarent Clericos.

Omnes personas, scilicet ecclesiasticas, & seculares talis prohibito comprehendit, sed extra vitas stationes, canum vulgo Galgos, ignivomorumque armorum usus etiam eisdem permittitur (6), prout canones disponunt.

- (1) Vide verb. Arma, pag. 230.
- (2) L. 13. tit. 6. lib. 6. lit. i. Tunc por conveniente prohiber el uso de las armas: para que ninguna persona de qualquier estado ó condition que fuese, llevase, ni usase de armas blancas cortas, como puñales: se verificase la entendida, y desterrase de una vez el perjudicial uso de estas armas, tan dañoso á la causa publica: Vid. verb. Bannitus.
- (3) Vid. id. & lit. I. pag. 32. in princ. addit. hisp.
- (4) L. 5. tit. 4. lib. 1. Mandamos, que de aqui adelante las personas que se han llamado, ó llamaren á la Corona para se extirpar de la nuestra jurisdiccion real, non trayan armas algunas publicas ni secretas, aunque para ello tengan nuestras cartas, no obstante las leyes,

que permiten traer armas, porque nuestra intencion no es que las tales leyes se extiendan á tales personas; y si las traxeren, que las pierdan, y mas incurran en pena de seis mil maravedis, la mitad para la nuestra Camara, y las dichas armas; y la otra mitad para el denunciador y Juez que lo sentenciare y executare. Remis. 2. tit. 6. ejusd. Los que resumieren la Corona, no puedan traer armas.

- (5) Vid. verb. Bona.
- (6) Reg. Sched. 16. Jan. 1772. num. 1. Prohibo y vedo el cazar desde primero de Marzo, hasta primero de Agosto de cada año: num. 3. Se prohibe á todo género de personas el uso de la escopeta en caza, durante el tiempo de la veda, con ningun pretexto, ó diversion,

- 10 Unde neque Episcopis licet arma concedere Clericis pro sola voluptuosa venatione, quia à Sacra Congreg. Immunit. fuit declaratum licere Episcopis concedere Clericis licentiam gerendi arma solum cum legitima causa juxta sacros canones, ut in Carimolen. 2. Julii 1647. decret. Paul. p. 15. his verbis: Episcopo licere licentiam concedere Clericis gerendi arma ad præscriptum sacrorum canonum, illaque non posse comprehendí sub bannimentis laicalibus; & in Bellocast. 18. Junii 1558. lib. decret. Rocet pag. 92. his verbis: Episcopus cum legitima causa juxta sacros canones potest concedere Clericis licentiam gerendi arma, nec illi comprehenduntur sub bannimentis laicalibus: Adeoque cum ex prædictis aperte constat extra casus inieris, & necessaria defensionis ab hostibus, & latronibus Clericos arma deferre, & præsertim pro voluptuosa venatione esse contra, & non juxta sacros canones, stat edenter, quod Episcopi nequeant licite pro ista sola causa eis licentiam concedere arma gerendi; & consequenter Episcopi, concedendo Clericis licentiam deferendi scilicet venatorum, non sunt immunes à culpa, quia potestare, quam dedit illis Deus in ædificationem, ipsi abutuntur in destructionem contra præceptum Apostoli ad Corinth. cap. 10. & cap. 13. Nec excusari possunt Episcopi prætextu, quod canonum rigor abierit in desuetudinem, & quod contrarius fere ubique hodie invaluerit usus; quia talia opponuntur aptatur responsio Innocentii III. data Archiepiscopo Turonensi contra aleatores, qui se excusabant prætextu consuetudinis, in c. Cum inter dilectos 11. de excessibus Prelator. his verbis: Nos tamen, qui nos officii nostri debito partes hujusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos, occasione quorum sub quadam curialitatis imagine ad dissolutionis materiam devenitur, penitus improbamus excusationem prædictam, quæ per pravam consuetudinem (quæ corruptela est) palliatur, frivola repugnans, cum in illis magis peccabilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis delinquendi auctoritas usurpatur.
- 13 Et concordat cap. Ad audiendum nostram 3. de consuetudine, ubi sic expresse habetur: Consuetudo, que Canonice obstat instituti, nullius debet esse momenti. Et etiam quia talis excusatio improbatu hodie à Sacra Concilio Trident. sess. 21. cap. 1. de reform. præcisus, & formidandus his verbis: Statuit Sancta Synodus, ut quæ malis à Summis Pontificibus, & à Sacris Conciliis de Clericorum vita, & honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, conversationibus, choreis, vales, lusus, ac quibuscumque criminibus, nec non secularibus negotiis fugiendis copiose, & salubriter sancita fuerint, eadem imposterum iisdem penis, vel majoribus arbitrio Ordinarii imponendis observentur; Nec appellatio excusationem hanc quæ ad morum corruptionem pertinet, suspendat. Si qua vero ex his in desuetudinem abiisse competere, ac quantum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, hæc subditorum neglecta emendationis ipsi condignas Deo vindice penas persolvant.
- 14 Et per hoc Patres in Concilio Mediolanensi 1. p. 1.

tit. de armis, ludis, & spect. pag. 18. una cum S. Carolo congregati sic absolute decreverunt: Idcirco edicimus, ne Clerici arma cujusvis generis feram: quod si Episcopus probabili iustaque de causa id eis permittendum judicaverit, tunc scripto impetrata venia, ipsis uti liceat; non tamen publicè, nisi rei, aut facti necessitas postulat: Omnino bulista, hæstis, & sclopeto, aliisque hujus generis instrumentis uti ipsis interdicimus. Et sic etiam censuit Sacra Congreg. Immunit. in Ostunen. 6. Julii 1697. in qua cum Clerus Terræ S. Viti illius diocesis recursum habuisset ad dictam Sacram Congregationem pro moderatione synodi, in qua inter cetera in tit. de vita, & honestat. Clericor. statutum reperiebatur sic: Ne quis gestare audeat seu afferre arma non prohibita offensiva, videlicet Pistole, Terzette, Archibugi, seu Schioppette, Spade &c. ed altre armi offensive sub pena exilii ab hac civitate, & diocesi per quinquennium &c. Et cum Eminentiis. Cardinal. Casanata, cui dict. synodi revisio commissa fuerat, votum dedisset ita conceptum: Episcopus, gratis, & discretè licentiam concedat; facta relatione in plena Congregatione sub dicta die prodiit resolutio: Servetur decretum synodi prout jacet. Nec valet obijcere, quod non desunt Doctores tum Canonice, tum Theologi, qui sustinent esse licitam Clericis delationem scilicet venatorum pro sola voluptuosa venatione. Non valet, inquam, quia præcipui Doctores, qui admittunt Clericis aliquando recreationis gratia licitam esse venationem, intelligunt de venatione, quæ exercetur, & fit cum retibus, laqueis, & hujusmodi, sine strepitu, & clamore, ut patet ex propriis ipsorum verbis, quorum varia hæc ad uberiores notitiam subnectimus. Abbas in cap. 1. de Clerico venatore num. 1. tit. C. sic expresse habet: Quædam vero venatio, quæ fit cum retibus, seu laqueis, &c. licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant. Silvester in summ. verb. Venatio sic habet: Ponere autem laqueum, vel retem sine strepitu, & clamore, & canibus, licet etiam Clericis, Hostiens. in summ. tit. de Clerico venatore, num. 2. sic ait: Licet enim Clericis causa necessitatis, utilitatis, vel recreationis cum retibus, laqueis, & canibus venari, dummodo cum silentio, & modestia. Bertachin. respert. in venat. vert. 3. circa fin. dicit: Quædam est venatio, quæ fit cum rete, seu laqueo, & licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant. Turrecremata in cap. Quorundam dist. 34. num. 9. sic habet: Alia venatio, quæ fit cum retibus, & laqueis, forte est licita Clerico, quia non fit cum clamore, nec emittuntur voces; & in cap. Qui venatoribus. dist. 86. num. 3. in fin. sic inquit: Venatio cum laqueis, & pedicis atque retibus, Clericis etiam est licita, & dummodo cum silentio, & modestia fiat. Graff. deit. aur. p. 2. lib. 3. num. 9. sic concludit: Venatio cum laqueis, & pedicis, atque retibus, & canibus, Clericis etiam est licita, dummodo cum silentio, & modestia fiat. Barbosa juris ecclesiastic. univ. cap. 40. num. 79. sic asserit: Postremo Clericis non licet canes habere, vel accipitres ad venandum, nec venationes facere periculosas, seu clamorosas, veluti aprorum, & cum armis. Gonzal. comentar. in cap. 1. de Clerico venatore sic adducit: Venatio

tion, cerca ó á distancia de los lugares: n. 4. En el resto del año solo podrán cazar con escopeta y perros los Nobles, Eclesiasticos: y el permiso que por este capítulo se concede á los Eclesiasticos, quiero sea y se entienda con arreglo á las disposiciones Canonicas, y á la l. 47. tit. 6. de la pur. 1. Venadores, nin cazadores non deben ser los Clerigos, de qual orden quier sean, nin deben haber azores, nin falcones, nin canes para cazar. Ca desaguisada cosa es despendar en esto lo que son tenudos de dar á los pobres. Pero bien pueden pescar e cazar con redes, e armar lazos. Ca tal caza como esta non les es defendida, porque lo pueden facer sin aves, e sin canes, e sin ruido. Mas con todo eso deben della; de manera que non se les embarguen por ende las oraciones, nin las horas, que son tenudos de facer e decir. E otrosi non deben corder monte, nin lidiar con bestia brava, nin aventurarse con

ella por precio que le den, ca el que lo ficere seria de mala fama. Pero si las bestias bravas ficiesen daño en los omes, ó en las mieses, ó en las viñas, ó en los ganados; bien las pueden estonce los Clerigos seguir y matar si les atacasiese. E tovo e por bien Santa eglesia que el Clerigo que usase á facer algunas de las cazas sobredichas que le son vedadas de facer, que si despues que su Perlado le oviese amonestado que lo non faga, se trabajare dello, si fuere missa cantando, lo que le debe vedar por dos meses que non diga missa. E si fuer Diacono ó Subdiacono han otrosi de ser vedados de officio ó beneficio, fasta que su Perlado dispense con ellos. num. 5. Prohibo in todas partes el uso de los galgos desde primero de Marzo, hasta el dia en que se concluya la veda general de la caza: Vid. verb. Bannitus in add. hisp. & verb. Arma, in add. novis hisp. pag. 230.

17 natio silvatica, aucupatica, saltatoria, de qua in presentibus agit, est dum armis, canibus, seu canibus animalia terrestria, seu aves aucupantur. & ratio prohibitionis ea est, quia plerumque fit armis, & n. 8. refellendo objectiones, concludit quod venatio hæc in Clericis sit usus improbus, Sebastian. Medic. tract. de venat. p. 1. q. 6. n. 18. sic firmat: Venatio vero, que fit cum rete, aut laqueo, licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant. Diana p. 3. tract. 6. miscellan. resolut. 19. sic dicit: Sed ego puto cum Panormitano venationem Clericis recreationis causa non esse prohibitam, dummodo non sit clamorosa, sed modesta, nempe cum retibus, vel laqueis.

17 Et sic fere omnes Canoniste consimili sensu, quamvis non isdem verbis, cum quibus & nos concludimus, quod quamvis non sit licita Clericis venatio voluptuosa, tumultuosa, & clamorosa, & moderata nimis frequenter facta, ut usque modo diximus; est tamen eis licita venatio quieta, & moderata raro facta, & non pro sola voluptate venationis, sed vel causa necessitatis ad tollendas feras noxias vinetis, segetibus &c. vel causa utilitatis, ut dum ex tali venatione partem reddituum, vel aliâs fructum notabilem percipiunt, vel causa honestæ recreationis, seu distractionis pro tuenda, & recuperanda sanitate. Sic Gloss. in cap. Episcopum 1. de Clerico Venatore, verb. Voluptate, ibi: Ergo videtur, quod causa necessitatis, vel recreationis licitum sit, quod possit concedi aliis Clericis excepto Episcopo, cui omnino non licet, dist. 33. cap. 1. dummodo clamorosam venationem evitent. dist. 86. cap. An putatis, & non sæpius, ut hic (scilicet in dist. cap. Episcopum), dicit, ne in consuetudinibus perdurant; & sic etiam tenent communiter Doctores, & in specie Abbas in dist. cap. Episcopum 1. de Clerico Venatore num. 1. & ibi Hostiens. & Barbosa num. 2. Silvester verb. Venatio. Menoch. consil. 121. num. 50. Sebastian. Medic. de venat. piscar. & aucup. part. 2. quest. 9. num. 17. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 29. Bernard. in pract. cap. 79. per totum, secundum novissimam impressionem; Sayr. in clavi regia lib. 11. cap. 9. num. 7. Rebell. de obligat. jurit. part. 1. lib. 2. quest. 14. num. 9. Pirhing. lib. 5. decretal. tit. 24. num. 3. Reiffenstuel ibid. num. 5. Thom. Vallæ. allegat. juris tom. 1. allegat. 21. num. 13. ubi refert ad hoc constitutiones synodales diocesisum Brachar. Ulyssipon. Elbor. Colimb. Visen. & Lamacen. Martha de Jurisdic. part. 4. cas. 58. d. num. 17. ubi advertit, Clericos per dist. cap. Episcopum non esse regulariter prohibitos venari, sed tantum si ad voluptatem venati fuerint, & sæpius in ipsa voluntate detentis, & alii passim id colligentes ex dist. cap. Episcopum; ubi videtur interdicti Clericis sola venatio frequens, voluptuosa, & clamorosa, ibi: In hac voluptate sæpius detentus. 1. Canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad venandum haberi non licet, & ex dist. cap. 13. Concil. Trident. ubi præcipitur, Clericos abstinere ab illicitis venationibus. Cum enim ibi non dicatur absolute à venationibus, aut ab omnibus venationibus, sed ab illicitis, supponitur aperte aliquas esse ipsi licitas, quales revera videntur esse venationes, & modestæ, & raro factæ propter aliquam ex tribus causis adductis sub num. 17. Et hoc venandi genus saltem approbasse videtur Sacra Congregatio Immunitatis in una Civitatis Castellane, sive Hortana libertatis venandi pro Clero Soriani, in qua sub die 23. Augusti 1667. censuit rescribendum ad A. C. non impedita interim venatione ecclesiasticis; & sub die 20. Decembris ejusd. anni re iterum proposita, censuit standum esse in decretis: quod quidem non decrevisset, si omnis venatio esset Clericis interdicta. Et per hoc fuit notanter dictum in conclusione sub num. 6. quod Venatio frequens, & voluptuosa præcipue cum armis, & clamorosa, est Clericis interdicta. Et de facto hæc tantum venationem prohibuit Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in una Casertana sub die 6. Julii 1601. Et notanter etiam diximus sub num. 10. quod neque Episcopus licet arma concedere Clericis pro sola voluptuosa venatione, quia ex decretis Sac. Congr. Immun. sub dist. numer. 10. adductis, possunt Episcopi concedere Clericis facultatem arma gestandi ad præscriptum sacrorum cano-

num, & cum legitima causa, ubi esset aliqua ex tribus assignatis sub dist. num. 17. Et si fortiori esset justa ratio concedendi talem facultatem causa interdicti, & defensionis ab hostibus, & latronibus ex e. Maximianus cap. 23. quest. 3. & fuit dictum verb. Arma num. 9. 10. & 11. (Ad rem vid. add. novis. hisp. verb. Campana.)

Venatio, que fit retibus, vel laqueis moderate, & honestæ recreationis gratia, ut piscatio, & hujusmodi, est licita Clericis; tum quia cessant omnes rationes, quibus est prohibita venatio tumultuosa, & clamorosa cum armis offensivis, ut periculum homicidii, mutilationis membrorum, & consequenter irregularitatis &c. Tum etiam quia invenimus in Scriptura Sacra plures Piscatores Sanctos. Venatores autem, ut supra prohibitos, non item, ut observat S. Hieronymus relatus in cap. Quorundam 1. dist. 34. & in cap. Esau 11. dist. 86. ubi sic habet: Er penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem, piscatorem invenimus Sanctos. Dummodo tamen non fiat in solemnitatibus majoribus; cap. Licet, de forst. Et neque animo negotiandi, dicerentur enim Clerici negotiatores, si piscationem exercent, ut pisces venderent. Alberic. in leg. Legatis servis, ff. de legat. 3. Sebastian. Medic. in tract. de piscat. & venat. quest. 60. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de disciplina Cleric. §. 19. in fin. Sperell. decisi. 124. num. 35. Barbosa in cap. Episcoporum 1. de Clerico venatore num. 6. & alii passim. Et dummodo ab Episcopo Ordinario per edictum, vel in synodo, vel aliâs non prohibetur; tunc enim absque ejus licentia piscari non possunt; quia tunc solum causa rationabilis excusat, quando est de licentia superioris, ad quem pertinet distinguere inter casum, & casum, tempus licitum, & illicitum; e. Consilium vers. Potes. & debet, Sobrero. jejun. Sperell. decisi. 124. sub n. 37. Graff. dec. aur. part. 2. lib. 3. c. 17. n. 14. Monacell. tom. 1. lib. 6. form. 5. n. 15. Hic advertendum venit, quod licet venatio, & piscatio pro uno eodemque Jure ponantur in leg. 2. §. ff. de acquir. rer. dom. & S. fere, insit. eadem, (L. 17. §. 10. l. 28. p. 3.) tamen nonnulli inter venationem, & piscationem revera interest, nam generaliter loquendo venari in alieno licet, piscari non item; l. Injuriarum §. 5. fin. de injur. (Lex 6. lib. 4. §. p.) Donell. lib. 3. com. 8. Pignatell. tom. 3. consulti. 7. num. 59. Insuper piscatio differt à venatione, non solum in quantum Jus magis licitum, & spectaculum minus crementum, sed quia est magis humilis, & civilis, quæ non eget hujusmodi clamore, & tumultu canum, accipitrum, aut falconum, quos alere prohibentur Clericis; cap. Episcopum 2. dist. 15. §. Episcopum 1. & cap. Omnibus 2. de Clerico venatore. Et ideo piscatio ecclesiasticis personis indistincte permessa est, non autem venatio; nam quæ crementus est Jus venationis, eo videtur magis ab humilitate esse alienum; leg. Cruentia Spectacula; Cod. de glad. lib. 11. minusque ecclesiasticis convenire personis; Pignatell. loc. cit. n. 7. in fin.

Unde repetimus in Jure impositas esse penas contra tales venatores, non autem contra piscatores. Si enim venator sit Episcopus, suspenditur tribus mensibus, si Presbyter, duobus, si Diaconus ab omni officio; textu expresso in cap. Episcopum 1. de Clerico Venatore, ibi: Quod si quis talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus sit, tribus mensibus à communione; si Presbyter, duobus; si Diaconus ab omni officio suspendantur. Quam suspensionis penam etiam ad Subdiaconum extenditur. Gloss. ibi. Et etiam ad Clericos Minoristas Innocent. Hostiens. Joan. Andreas, Henrich. Boich. ibidem quos refert & sequitur Sperell. dec. 124. num. 29. Qui Minoriste, licet in dist. cap. Episcopum, non comprehenduntur, ut voluit varii Canoniste, essent tamen per communem doctrinam arbitrio Judicis plectendi. Et ideo laudantur illi Ordinarii, qui sub determinatis, & arbitrariis penis interdicunt omnibus suis Clericis hujusmodi venationem, & delationem armorum. Quæ tamen penæ non debent esse nimis rigorosæ præcipue in prima vice, ut censuit Sac. Congreg. Episc. & Regul. in Asiatica. 16 Martii 1622. præsertim excommunicationis ipso facto, ut in una Egubina 16 Jan. 1596. ac sæpe alibi censuit, quod in prohibitione

venationis, vel delationis armorum etiam prohibitorum, facta quibuscumque etiam Clericis, non debet apponi pena excommunic. ipso facto incurrendæ, nec privati privilegii clericali, sed alix penæ sacrorum canonum, ut die 2. Aprilis 1691. & in Licien. 17 Jun. 1602. & 15 Apr. 1604. & in Squillacen. 15 Julii 1605. Potest vero ab Episcopo prohiberi Clericis delatio sclopi sub pena suspensionis à divinis ipso facto incurrendæ, dummodo sint in Sacris. Sic Sac. Congreg. Concil. demandando delationem armorum in Sarsinaten. 12 Augusti 1645. responsum dedit Episcopo, ipsum potuisse edicto publico imponere Clericis in Sacris constitutis penam suspensionis à divinis ipso facto incurrendam deferentibus archibugium, ita ut illud deferentes absque licentia dictam penam ipso facto incurrant, & si incurri celebrasset, irregulares evassissent, lib. 17. decisi. pag. 490. Clerici deferentes arma contra prohibitionem Episcopi possunt puniri, etiam si non capiantur in fraganti, sed solum per testes fuerint visi; cum enim de Jure canonico in quolibet delicto procedatur per inquisitionem, & ex officio, Rayn. obser. Crim. tom. 3. cap. 34. §. 10. num. 6. prohibente episcopali edicto delationem armorum, seu sclopi venatorum, potest Episcopus contra transgressores procedere per inquisitionem, etiam si non sint capti in fraganti, nec clypeo deficientia probationis corporis delicti per capturam in fraganti Clerici audaces evadant, & sine penæ timore, delatione armorum abutantur, & occasio delinquendi illis præbetur; Conciol. resol. crim. verb. Arma resol. 11. num. 1. & 5. & alii ab ipso allegati: tum quia Episcopus ex causa, & pro morum reformatione, sicuti potest augere penam canonum; cap. Ex parte 11. de transactionibus, cap. Sicut dignum 6. de homicid. Abbas in cap. Licet num. 2. de Offic. Judic. Ordin. Riccius in practi. fore. ecclesiast. part. 2. resol. 206. num. 1. vers. Secundo: ita ad tollendos abusus potest ex officio, & per inquisitionem processum instituire contra Clericos arma, seu sclopi venatorum abusive, & frequenter deferentes, & eos moderata penâ pecuniaria multare. Farinac. part. 12. quest. 109. num. 13. Amen. de delict. & pan. tit. 7. num. 10. Clerici etiam, qui non abusive, & frequenter, sed raro, bis, v. gr. ter, aut quater in anno, modesta servata, ac nunquam dimisso habitu clericali, in saltu, vel in agro ad venandas aves recreationis gratiâ, sclopi venatorio uterentur, non essent processandi, nec puniendi, sed cum eis esset conveniendum, & dissimulandum. Glossa in c. 1. de Cler. venator. Concil. resol. crim. verb. Arma, resol. 24. n. 2. & 5. Monacell. tom. 2. tit. 15. form. 4. n. 23. Pignat. tom. 3. consulti. 59. n. 13. ubi dicit venationis abusus, & non usum esse Clericis prohibitorum. Eo vel maxime, quod Clerici venatores non nisi tria monitione præcedente, puniendi sunt. Hostiens. in summ. tit. de venat. §. fin. Ananias in c. 1. de Cleric. venator. Henric. ibid. Menoch. in cons. 221. n. 52. vol. 3. Bellet. disquisit. cleric. tit. de disciplin. Cler. sub n. 6. verb. Verumtamen quos refert, & sequitur Sperell. 124. num. 33.

\* Sententia asserens omnem quemcumque venationem à sacris canonibus interdictam esse Clericis, magis juri conformis est. Bened. XIV. de syn. dioc. lib. 7. c. 61.

§ 7. quare nimii rigoris damnandæ non sunt constitutiones illæ synodales Episcoporum, quæ indicta pena Clericos ab omni venatione remouent; ibidem §. 8.

¶ De prohibita Clericis delatione armorum diximus in addit. ad verb. Arma: Hic vero non incongrue quæri potest, an Clericus deferens arma, quæ statuto seculari simpliciter, vel certo tempore, aut loco prohibita sunt, spoliari iisdem à ministris curiæ secularis possit? Affirmant inter alios Julius Clarus §. final. quest. 36. n. 261. Covarrubias varlar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 181. idque quia tale statutum concernit publicam utilitatem, & sacris canonibus conforme est, adeoque Clericos etiam obligat. Sed esto quod statutum hujusmodi possit obligare Clericos, tamen non secularis; sed ecclesiasticæ potestatis esse debet, ut Clerici illud observent. Recitatur igitur Ugolini. de potest. Episcop. cap. 13. §. 22. n. 3. Guazzin. part. 1. defens. 20. cap. 9. n. 11. Mart. 44 de jurisd. part. 4. censur. 1. cas. 71. per tot. aliique sent-

tunt, quod dictus Clericus nisi in fragranti crimine, aut ejus machinatione deprehendatur, aliaque via non superstit, qua injuria, vel damnum ab eo inferendum prohiberi possit, armis etiam specialiter prohibitis jussu secularis magistratus spoliari nequeat. (Vid. lit. I, pag. 32. col. 1. in add. novis. hisp.)

Prohibitionem venationis canonibus tot Conciliorum Clericis factam accipiunt communiter Canoniste de venatione clamorosa & periculosa uti vocant, eaque quæ cum armis fieri solet; eaque propter tenent, sanitatis, vel recreationis causa, Clericos venatione uti non prohiberi, dummodo id faciant cum silentio, & modestia. Ar Ziegler de Episcop. lib. 4. cap. 19. num. 5. & seq. 46

¶ Verum enim vero (inquit) interpretatio ista Canonistarum non videtur satis conveniens, vel canonum textui, literæ, vel priscis Ecclesiæ institutis. Canones quod prætinnet, generaliter illi omnem venationem interdicunt. Et ne de hac generalitate quis dubitet, legi poterit interpretatio Nicolai Papæ, quæ habetur apud Gratianum in dicto loco. Verba digna sunt, quæ hic ascribantur: Quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus Episcopus, qui & juvenis dicebatur, venationi sit deditus, quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere dumtaxat Germanos, & Gallos irreverentes implicat. Verum iste, si ita est, ut audivimus, merito juvenis dicitur, quia juvenilibus desiderii occupatus nulla gravitate constringitur; nam ut Beatus dicit Hieronymus, Venatorem nunquam legitimus sanctum. Oportet ergo fraternitatem tuam, synodale cum Episcopo, & suffraganeis tuis convocare Concilium; & hunc salutaribus eloquiis Episcopum convenire; atque illi pastoralis auctoritate præcipere, quatenus ab omni bestiarum, vel volucrum venatione penitus alienus existat &c. Generalia sunt verba, & mala, quæ nullam admittunt exceptionem, aut limitationem; ab omnium bestiarum, vel volucrum venatione penitus alienus. In verbis sequentibus comminatur Pontifex excommunicari eum debere pro venationis delectatione, si parere contempserit. Nec distinctionem fecit inter Episcopos, & alios Clericos, dum ait vitium istud plurimos etiam de clericali catalogo implicasse. In utrisque scilicet vitium esse censetur. Instituta ecclesiæ primitive hæc erant, ut Clerici morum gravitate, & vitæ genere omnibus aliis in republica civibus antecellerent, ut quantum fieri posset, inania hominum studia, & nimiam familiaritatem vitarent, & ab omni negotio abstinerent; per quod corrumpi sanctitas christiana posset. Honoratur ministerium, inquit Bern. epist. 28. morum gravitate, consiliorum auctoritate, & actuum honestate. Nec enim doctrina tantum, sed & vita Ministerium Ecclesiæ in conspectu omnium instat civitatis supra montem sita posita est, adeoque caverendum ipsis assidue, ne vitæ humane tenebris involvantur, & ab enormi actionum suarum norma scandalum ecclesiæ præbeant. Atque hinc dubitare licet, utrum per venationis exercitium servari possit ea morum gravitas, quæ in Ministro Ecclesiæ exigitur. Hanc ipsam distinctionem pluribus rejicit Joannes Buszus ad præf. 56. Petri Blesensis.

ARTICULUS VII.

Clericus, quoad immunitatem, & exemptionem.

SUMMARIUM.

1. Clericus confugiens ad ecclesiam gaudet immunitate ecclesiastica.
2. Clericus precursor alterius Clerici confugiens ad ecclesiam gaudere debet immunitate.
3. Etiam Regularis captus in loco immuni pro delicto non excepto in Bulla Gregorij XIV. gaudere debet immunitate ecclesiastica.
4. Immo Regularis Sacerdos de ordine Prioris Conventus, & commissarius causa criminalis extractus ab ecclesia, ad quam confugerat & carceribus ipsius Conventus, restitendus est, & injungitur